

DISPUTATIO XVI.

De peccato originali.

PRioribus Ecclesiæ sæculis circa peccatum originale hæresis Pelagianorum varios excitavit errores, qui gravissimis rationibus à S. Augustino rejecti fuerunt, at tamen ipsa hujus peccati natura incognita ejusque multiplices effectus illis, qui nolunt intellectum in obsequium fidei captivare, præbent errandi occasionem, quam ut tolleret, S. Synodus Trid. sess. 5. in decreto de PECCATO ORIGINALI summam credendorum posuit, adquam respiciendo difficultates occurrentes resolvendæ sunt.

QUÆSTIO I.

An detur & quid sit peccatum originale ?

PER peccatum originale intelligunt omnes Catholici defectum quendam moralem vel labem, quæ hominem descendantem viâ naturali generationis ex Adamo vi illius peccati, quod primus parens commisit, inquinat, & quamdiu non abluitur, vel remittitur, Deo exosum reddit, ac ab æternâ beatitudine excludit; dicitur: *Originale*: tum quia derivatur ab Adamo, qui est caput & origo naturæ humanæ; tum quia à primâ origine & instanti animationis, quâ anima corpori infunditur & unitur, animam maculat.

DICO I. *Secundum fidem Catholicam est tenendum, quod primum peccatum primi hominis originaliter transit in posteros, S. Th. hic Q. 81. a. 1. O.*

Ità contrâ hæreses deversas definiit Trid. sess. 5. in decreto de peccato originali Can. 2. *Si quis ADÆ pravicationem sibi soli & non ejus propagini asserat nocuisse, & acceptam à Deo sanctitatem & justitiam, quam perdidit, sibi soli & non nobis etiam eum perdidisse, aut inquinatum illum per inobedientia pecca-*

tum

cum mortem & poenam
humanam transfudit
mors est anima. A
veritas patet Rom. 5.
peccatum in hunc mo
mors, & ita in omni
quos omnes peccaverunt
omnis mortuus est,
aliquos textibus & fur
peccati originalis den
Milevitanum, cui S.
desumptus est Can. Pl
Placuit, ut quicumque
trum baptizandos nega
dem peccatorum eos bap
bere peccati Originalis
expetitur (unde fit conf
missis in remissionem pe
intelligatur) anathema
gendum est, quod ait A
quem admodum Ecclesia
per intellexit; propter h
parvuli, qui nihil pecca
mittere potuerunt, ideo
racter baptizantur, ut
quid generatione traxerunt
His stabilita est peccat
atum formaliter hoc pec
eternitatu, ut S. Aug.
& simil. cap. 4. fateatur
catorum prædicandum no
dei omnia mysteria nihil
tius, imò aperte lib. de
Primum antiquum peccat
dicitur, ad intellige
Theol. Schol.

zum mortem & pœnas corporis tantum in omne genus humanum transfudisse, non autem & peccatum, quod mors est animæ. Anathema sit: ex S. Scripturâ hæc veritas patet Rom. 5, v. 12. Sicut per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccaverunt. 2. Cor. 5, v. 14. Si unus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt. Ex his aliisque textibus & fundamentis S. August. existentiam peccati originalis demonstrat & cum eo Concilium Milevitanum, cui S. Augustinus interfuit & ex quo desumptus est Can. Placuit 153. de consecr. dist. IV. Placuit, ut quicumque parvulos recentes ab uteris matrum baptizandos negat, aut dicat in remissionem quidem peccatorum eos baptizari, sed nihil ex Adam trahere peccati Originalis, quod lavacro regenerationis expietur (unde fit consequens, ut in eis forma baptismatis in remissionem peccatorum non vera, sed falsa intelligatur) anathema sit: quoniam non aliter intelligendum est, quod ait Apostolus: per unum &c... nisi quemadmodum Ecclesia Catholica ubique diffusa semper intellexit: propter hanc enim fidei regulam etiam parvuli, qui nihil peccatorum in semetipsis adhuc committere potuerunt, ideò in peccatorum remissionem veraciter baptizantur, ut in eis regeneratione mundetur, quod generatione traxerunt.

His stabilita est peccati originalis existentia: in quo autem formaliter hoc peccatum consistat tam difficile est explicatu, ut S. Aug. lib. 3. de peccat. meritis & & remis. cap. 4. fateatur; nihil quidem esse hoc peccato ad prædicandum notius, attamen & illo inter fidei nostræ mysteria nihil esse ad intelligendum obscurius, imò apertè lib. de morib. Eccles. cap. 22. dicit: Propter antiquum peccatum, quo nihil est ad prædicandum notius, ad intelligendum secretius.

DICO 2. *Privatio Originalis iustitiæ, per quam voluntas subdebatur Deo, est formale in peccato originali. Omnis autem alia inordinatio virium animæ habet in peccato originali sicut quiddam materiale S. Th hic Q 82 a. 3 O.*

Explicatur: peccatum originale formaliter consistit in privatione iustitiæ originalis secundum primarium suum effectum, quo subiciebat animam Deo.

Probat: sicut ex peccato personali relinquitur peccatum habituale sive macula inficiens solam personam peccantem, ita ex peccato primi parentis omnes descendentes infecti sunt peccato originali, velut maculâ originali, ergo hæc in privatione iustitiæ originalis consistit: quia macula seu peccatum habituale formaliter consistit in privatione gratiæ, quatenus causatâ & voluntariâ ex actu præterito; atqui peccatum originale est de genere peccati habitualis; ergo consistit in privatione iustitiæ originalis secundum primarium effectum animam Deo subjicientis, & in ipsum habitualiter convertentis. Non consistit autem in illa ut causatâ & voluntariâ per actum personalem propriæ voluntatis, sed in illa ut causata per peccatum Adami, quod physicè quidem spectatum erat actus Adami proprius, moraliter veto erat peccatum totius naturæ in Adamo velut capite contentæ, ob quod nascimur privati gratiâ sanctificante animam Deo subjiciente: quia iustitia originalis, quam Adam in Paradiso & in statu innocentia obtinuit, & si in illa perseverasset, etiam in posteros transmisisset, adæquatè sumpta consistebat in aggregatione plurium donorum, quibus anima Deo & vires inferiores superioribus subdebantur, corpus quoque à morbis, morte aliisque miseriis liberum conservabatur; primaria tamen perfectio hujus originalis iustitiæ erat, quod animam Deo perfectè subiciebat, ex quo velut radice alia dona in corpus & animam redun-

dundabant; peccati originalis, cum talis permaneat in baptizato remissum, sed ut ad effectum primarium, Et hoc extrinsecum, cum alii defectum remanentes malitia in voluntate concupiscibili, infirmitate.

Ex his sequitur

1. Quod peccatum originale in fomite concupiscibili, Calvinus, ex quo viderentur, ut per Baptizatum, Omnia nostra &c. Constat sequelâ peccati orig. can. 5. Baptizatis quicquid habet in se, sicut dicitur in Rom. 7. v. 23. Vide repugnantem legi mentis, non consistit formaliter in concupiscibili peccato vocetur causa peccati, est etiam causa peccati actualis. Trid. l. cir. in Baptizatis, hac sancta Synodus ad agonem relicta sit, nihiliter per Christi fidelet; quinimo qui legit

dundabant; peccatum igitur originale non est privatio
 iustitiæ originalis quoad omnes effectus etiam secunda-
 rios, cum talis privatio quoad effectus secundarios
 maneat in baptizatis, quibus originale peccatum est
 remissum, sed ut privatio iustitiæ originalis quantum
 ad effectum primum animam Deo perfectè subji-
 cientem. Et hoc ex S. Th. in peccato originali est for-
 male, cum alii defectus sive inordinationes post Bap-
 tismum remanentes: videlicet ignorantia in intellectu,
 malitia in voluntate, concupiscentia in appetitu con-
 cupiscibili, infirmitas in irascibili, sint tantum ma-
 teriale.

Ex his sequitur.

1. Quod peccatum originale non consistat forma-
 liter in fomite concupiscentiæ: ut docuit Lutherus &
 Calvinus, ex quo varias propositiones hæreticas de-
 duxerunt, ut per Baptismum non tolli peccatum ori-
 ginale. Omnia nostra opera ex sua natura esse peccata
 &c. Constat sequela ex definitione Trid. sess. 5. de
 peccato orig. can. 5. quod per Baptismum tollatur in
 Baptizatis quidquid habet veram rationem peccati atte-
 stante Apostolo ad Rom. 8. v. 1. *Nihil damnationis est
 eis, qui sunt in Christo Jesu; atqui concupiscentia re-
 linquitur post Baptismum juxta eundem Apostolum ad
 Rom. 7. v. 23. Video aliam legem in membris meis
 repugnantem legi mentis meae; ergo peccatum originale
 non consistit formaliter in concupiscentia, quæ si ali-
 cubi peccatum vocetur id intelligi debet de effectu &
 causa peccati, est etenim effectus peccati originalis &
 causa peccati actualis. Manere autem (loquitur Con-
 Trid. l. cit.) in Baptizatis concupiscentiam vel fomi-
 tem, hac sancta Synodus fatetur & sentit: quæ cum
 ad agonem relicta sit, nocere non consentientibus, sed
 utiliter per Christi Jesu gratiam repugnantibus non va-
 let; quinimò qui legitimè certaverit, coronabitur. hanc*

concupiscentiam, quam aliquando Apostolus peccatum appellat, sancta Synodus declarat, Ecclesiam Catholicam nunquam intellexisse peccatum appellari, quod verè & propriè in renatis peccatum sit, sed quia ex peccato est, & ad peccatum inclinat.

2. Quod peccatum originale non consistat formaliter in peccato Adami præterito, posteros extrinsecè denominante: quia juxta idem Con. Trid. ita injustitiam ex Adamo per generationem accepimus, sicut gratiam & sanctitatem à Christo per Baptismum in regeneratione recipimus; ergo sicut justitia cuilibet baptizato est propria, intrinseca & distincta à sanctitate Christi, ita etiam injustitia, quam in Adamo contrahimus, est cuilibet propria, intrinseca & distincta à peccato Adami; & quemadmodum pœna damni, quæ correspondet culpæ originali, intrinsecè & sigillatim afficit omnes, qui sine Baptismo decedunt, ita etiam culpa originalis, cui pœna damna proportionatur, est recepta in singulis intrinsecè, à quâ per Baptismum intrinsecè abluimur.

3. Peccatum originale non consistit formaliter in morali concursu posteriorum ad prævaricationem Adami iis inexistente & intrinseco moraliter, ut, sicut peccatum personale Adami transit in peccatum habituale & moraliter Adamum intrinsecè coinquinavit, ita etiam concursus moralis posteriorum, quamdiu per Baptismum non remittitur, censeatur in illis præfens & intrinsecus moraliter. Hæc explicatio peccati originalis non videtur subsistere cum doctrinâ Trid. quod docet parvulos, dum concipiuntur, propriam injustitiam contrahere ex vi propagationis carnalis, sicut fideles in Baptismo Christi gratiam consequuntur; nulla autem forma juxta datam explicationem verè parvulis intrinseca ostendi potest, quæ per Baptismum tollatur.

Obj. 1. Illud est originale peccatum, per quod

mors

mors intravit in
ceptionis peccato
misit; atqui per
animæ quam cor
Apost. Rom. 5. v

nis peccatores co
originale nihil est
Adami, quod fui
rem est extrinsecè

8. Distinguen
originans, per qu
Illud est peccatum
ceptum N. Hoc
dicimur formaliter
peccatum personale
causaliter peccatore

*Obj. 1. Pœna pe
ccatum originale, se
tus; atqui subtracti
nam peccati origin
de malo, a. 1. O. C
substractio gratia, &
quam homo per gratia*

8. Distinguen
tam: subtractio gra
Adamo Con. Est pe
Privatio igitur justiti
matium, non phys
tractionem concursu
ter spectata, ut est
quo omnes nostræ
est ipsam peccatum

*Obj. 3. Si Deus
postitæ sanctificari
& tamen non tolle*

mors intravit in mundum, quo in primo instanti conceptionis peccatores constituimur, quod Adam in nos misit; atqui per peccatum personale Adami mors tam animæ quam corporis intravit in mundum: quia juxta Apost. Rom. 5. v. 19. *Per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi*; ergo peccatum originale nihil est aliud, quam peccatum personale Adami, quod fuit in Adamo intrinsecè, in nobis autem est extrinsecè & imputativè.

R. Distinguendo maj. Illud est peccatum originale originans, per quod mors intravit in mundum Con. Illud est peccatum originale originatum & passivè receptum N. Hoc enim est ipsa mors animæ, per quam dicimur formaliter & intrinsecè peccatores; cum per peccatum personale Adami solum dicamur extrinsecè & causaliter peccatores.

Obj. 2. Pœna peccati originalis non est ipsum peccatum originale, sed effectus originale peccatum secutus; atqui subtractio justitiæ originalis facta fuit in pœnam peccati originalis, ut enim docet D. Ang. Q. 5. de malo. a. 1. O. *Conveniens pœna peccati originalis est subtractio gratiæ, & per consequens visionis divinæ, ad quam homo per gratiam ordinatur.*

R. Distinguendo mi. & probat. ex S. Th. desumptam: subtractio gratiæ est pœna peccati commissi ab Adamo Con. Est pœna peccati à posteris contracti N. Privatio igitur justitiæ originalis quoad effectum primum, non physicè spectata, ut est à Deo per subtractionem concursus conservativi gratiæ, sed moraliter spectata, ut est causata per peccatum Adami, in quo omnes nostræ voluntates erant moraliter inclusæ, est ipsum peccatum originale.

Obj. 3. Si Deus parvulum per gratiam unionis hypostaticæ sanctificaret, tolleretur peccatum originale, & tamen non tolleretur privatio gratiæ sanctificantis

ergo peccatum originale non consistit formaliter in privatione gratiæ sanctificantis.

R. Negando 2dam partem ant. Quia in illo casu daretur parvulo aliquod donum, quod eminenter esset gratia sanctificans, adeoque non amplius esset privatio gratiæ sanctificantis.

Obj. 4. Peccatum originale importat aliquam conversionem ad creaturas velut finem ultimum: cum per peccatum originale homo à Deo avertatur ut sine ultimo; ergo consistit in positivo & non in privatione gratiæ.

R. Distinguendo maj. Peccatum originale importat conversionem formalem & positivam N. virtualement & interpretativam Con. Hæc autem est ipsa privatio justitiæ originalis, quatenus præstat fundamentum interpretandi, quod homo infectus peccato originali magis adhæreat bono commutabili, quam incommutabili, eò quod sit privatus habitu ad Deum ut ultimum finem habitualiter convertente, nec eliciat actum efficacis conversionis cum privatione illâ incompatibilem. Peccatum igitur originale adæquatè sumptum, prout includit tam materiale quam formale, dicit etiam conversionem & inclinationem ad bonum commutabile; formaliter autem & inadæquatè spectatum dicit privationem justitiæ originalis, ex quâ oritur illa inclinatio ad commutabile bonum.

Obj. 5. Adam post peccatum mansit privatus justitiâ originali, & tamen non habuit peccatum originale.

R. Distinguendo aff. Adam fuit privatus justitiâ originali debitâ & non communicatâ origine & seminali propagatione propter culpam alieni capitis N. fuit privatus justitiâ originali ipsi in primo instanti creationis infusâ propter culpam personalem Con. Peccatum autem originale, prout est in posteris Adami, est privatio

vatio justitiæ ori-
ordinatione, si

nec per carnalem

peccatum Adami

Q. Quomodo
poterit esse volu-

R. Peccatum

voluntate propriâ

nalis influxus, sec-

luntas Adami mor-

Hoc autem non ha-

parura: alias eni-

sed etiam quæcumq-

pagata in posteros

tionem Adami indic-

cunq; die comede-

Adami peccatum ne-

minis, sed peccatu-

luntates in le moral-

Adam sciret se conf-

sed etiam morale to-

rando in justitiâ origi-

iplos justitiâ origi-

omnibus obesser t-

originalis in omne-

dependentes, Hoc

tum sibi, sed etiam

nalem propagatione

esse dandam simul c-

nalem, si præceptu-

in penam istius trat-

justitiâ, si præcep-

alia nostræ fidei mys-

est, imò cæteris juxta

tamen expositio vi-

vatio justitiæ originalis debitæ posteris Adami ex divinâ ordinatione, si Adam non peccasset, & jam subtractæ nec per carnalem propagationem derivandæ propter peccatum Adami.

*Q*uomodo peccatum originale posteris Adami potuerit esse voluntarium ?

R. Peccatum originale fuit nobis voluntarium non voluntate propriâ, cujus nullus erat actualis & personalis influxus, sed voluntate alienâ capitis: quia voluntas Adami moraliter habebatur pro nostra voluntate. Hoc autem non habebat voluntas Adami ex se & ex sua natura: aliàs enim non tantum primum peccatum, sed etiam quæcunque alia peccata Adami fuissent propagata in posteros, sed hoc habebat ex divina ordinatione Adami indicata his verbis: Gen. 2. v. 17. *Quocunque die comederis ex eo, morte morieris.* Ex quo Adami peccatum non erat solum personale privati hominis, sed peccatum capitis omnium posterorum voluntates in se moraliter continentis: hoc ipso enim quod Adam sciret se constitutum caput non tantum naturale sed etiam morale totius posteritatis, quod vel perseverando in justitiâ originali omnibus posteris prodesset in ipsos justitiâ originalem propagando, vel peccando omnibus obesset transfundendo privationem justitiæ originalis in omnes ex se per generationem carnalem descendentes. Hoc ipso, inquam, peccavit non tantum sibi, sed etiam omnibus posteris ex ipso per carnalem propagationem descendentibus, quibus sciebat esse dandam simul cum humanâ naturâ justitiâ originalem, si præceptum impositum servaret, esse verò in pœnam istius transgressionis negandam originalem justitiâ, si præceptum transgredereetur; sicut plura alia nostræ fidei mysteria, ita & hoc explicatu difficile est, imò cæteris juxta S. August. supra cit. difficilius, hæc tamen expositio videtur salvare pactum, quod omnes

posterius in Adamo transgressi sunt juxta illud Os. 6. *Ipsè autem, sicut Adam transgressi sunt pactum, ibi prævaricati sunt in me.* Peccatum originale igitur ut derivatum in posteros, & in ipsis subjectatum posteris Adæ non est formaliter sed terminativè, non physicè sed moraliter voluntarium per ordinem ad voluntatem Adami tanquam capitis.

Q U Æ S T I O II.

An de fide sit, quod omnes homines contrahant de facto originale peccatum?

DICO 1. *Secundum fidem Catholicam firmiter est tenendum, quod omnes homines, præter solum Christum ex Adam derivati, peccatum originale ex Adam contrahunt alioquin non omnes indigerent redemptione S. Th. hic Q. 81. a. 3. O.*

Conclusio secundum communem legem intellecta est communis Catholicorum & probatur ex S. scripturatum locis suprâ citatis tum illo Apost. *Omnes in Adam peccaverunt, & indigent gratiâ Dei.* Attamen non complectitur B. V. M. nisi tantum quoad debitum, quod ipsi tantum tribuit S. Th. uti probant omnes ejus rationes, præcipuè in conclusione allegata, redimitur enim non tantum ille, qui in captivitate actu detinetur, sed etiam, qui, nisi fuisset oblato lytro à captivitate præservatus, in illam abducendus fuisset. Unde manet maxima inter Christum Dominum & Virginem ejus Matrem differentia, in Christo enim nullum omninò peccati debitum agnoscit Ecclesia, quod B. V. tamen attribuitur. Verum quoad piam sententiam, quam solam defendere licet, & in quam tota inclinatur Ecclesia, B. V. nequidem per momentum peccato originali fuisse obnoxiam.

DICO 2. *Oportebat, ut mater Dei maximâ puritate niteret S. Th. hic Q. 81. a. 5. ad 3.*

Ità

Ità ratione all
verbis non affe
Dei nulli unquat
summâ puritate
precessit aliquo i
verò hæc sentent
colatam B. V. cor
dem summi Pont
da sunt sequentia,
1. Quæstio ha
cepta, sive an in
fuit unita corpori
peccati, nondum
in partem affirmat
inclinat; ut patet
originali, ubi ita:
modus, non esse s
decreto, ubi de pec
maculatam Virgin
stat etiam ex variis
ratione hujus celeb
1. Sixtus IV. in E
vener. sanct. sub p
alterutram sententi
aut arguere peccat
Conceptionem,
Super specula: sub
vazione cuiuscunqu
laribus concionibus
& mulierum mult
controversiæ alteru
vel DDrum Aut
tentiam & contra
3. Paulus V. sub
quis in publicis c

Ità ratione allatâ tacitè asseruit D. Ang. quod apertis verbis non asseruisse contenditur : videlicet Matrem Dei nulli unquam immunditiæ fuisse obnoxiam, aliàs summâ puritate non nituisset ; puritas enim quam præcessit aliquo instanti fœditas, non est summa. Ut verò hæc sententia intelligatur, & quid circâ immaculatam B. V. conceptionem prædicandam & docendam summi Pontifices ordinaverint, innotescat : notanda sunt sequentia.

I. Quæstio hæc : an B. V. fuerit immaculatè concepta, sive an in primo instanti, in quo anima B. V. fuit unita corpori, sit præservata à maculâ originalis peccati, nondum est ab Ecclesiâ definita, quamvis in partem affirmativam universalis Ecclesiæ consensus inclinet : ut patet ex Con. Trid. sess. 5. de peccato originali, ubi ita : *Declarat tamen hæc ipsa sancta Synodus, non esse suæ intentionis comprehendere in hoc decreto, ubi de peccato originali agitur, beatam & immaculatam Virginem Mariam Dei genitricem.* Constat etiam ex variis Constitutionibus Pontificiis, quæ ratione hujus celeberrimæ quæstionis emanarunt nam.

1. Sixtus IV. in Extrav. Grave nimis 2. de reliq. & vener. sanct. sub pœnâ excommunicationis prohibet alterutram sententiam tanquam hæreticam censurare, aut arguere peccati mortalis asserentes Immaculatam Conceptionem.

2. S. Pius V. in Const. quæ incipit : *Super specula* : sub pœnâ suspensionis à divinis & privatione cujuscunque dignitatis prohibet, ne in popularibus concionibus vel ubicunque promiscua virorum & mulierum multitudo convenire solet, de hujus controversiæ alterutrâ parte disputare liceat rationibus vel DDrum Autoritate asserendo propriam sententiam & contrariam refellendo vel impugnando.

3. Paulus V. sub iisdem pœnis & censuris statuit, ne quis in publicis concionibus, lectionibus, seu aliis quibus-

quibuscunque actibus publicis asserere audeat : Beatissimam V. cum originali peccato fuisse conceptam, & ne sentiens, B. V. extitisse immunem à peccato originali, aliam opinionem in publicis actibus impugnet, seu de ea aliquo modo ad illam directè impugnamdam agat aut tractet. 4. Gregorius XV. sub pœnis constitutionibus S. Pii V. & Pauli V. contentis prohibet, ne quis in sermonibus aut scripturis etiam privatis asserat Beatissimam Virginem originali peccato maculatam fuisse, neque de hâc opinione aliquo modo agat aut tractet, rationes nimirum in ejus favorem adducendo ; concessit tamen Patribus ordinis S. Dominici, ut in privatis colloquiis & conferentiis inter se duntaxat de istâ sententiâ tractare possint. 5. Demum Alexander VII. in speciali constitutione Anno 1661. edita: quæ incipit : *sollicitudo*: fatetur ita : *Sane vetus est Christi fidelium erga ejus beatissimam Matrem Virginem Mariam pietas sentientium ejus animam in primo instanti creationis atque infusionis in corpus fuisse speciali Dei gratiâ & privilegio intuitu meritorum Jesu Christi ejus Filii à maculâ peccati originalis præservatam, immunem, atque in hoc sensu ejus conceptionis festivitatem solemniter ritu colentium & celebrantium, crevitque horum numerus, atque hujusmodi cultus post editas à felic. recor. Sixto P. P. IV. in ejus commendationem Apostolicas Constitutiones, quas sacrum Concilium Tridentinum innovavit atque observari mandavit. Aucta rursus & propagata fuit pietas hæc, & cultus erga Deiparam post erecta hoc nomine, approbantibus Romanis Pontificibus religiosum ordinem & confraternitates ac concessas ab iisdem indulgentias, ita ut accedentibus quoque Academiis ad hanc sententiam jam fere omnes Catholici eam complectantur ; quare in favorem sententiæ asserentis animam B. V. in sui creatione & in corpus infusione*

one Spiritus Sancti
 præservatam fuisse
 cultus Conceptionis
 sententiam exhiberi
 Pontificum
 festum, se
 contra ea quæ
 quovis præ
 minanda, sive sa
 gillandi vel inter
 leu concionari, tract
 determinando, au
 ta asserendo, & inf
 recognoscibili modo
 concionandi & inter
 de passiva in quibus
 que alia declaratione
 2. Cum sit de fide
 homines fuisse verè
 & omnem sanctitate
 creatissimæ Virginis
 Catholici propugnati
 B. V. fuisse debitum
 in quo debito tamen
 dum agnoscent debi
 tum, alii etiam deli
 bitum proximum ha
 quam capite morali
 per peccatum Adami
 cipendi gratiam &
 Adamo peccavit, ne
 trarent aliquam macu
 Ade tota universitas
 amilæ jus ad justitiam
 liber individuum ex

ione Spiritûs Sancti gratiâ donatam à peccato originali præservatam fuisse, nec non in favorem festi & cultûs Conceptioni ejusdem Virginis secundum piâ sententiam exhibiti innovat constitutiones præcedentium Pontificum, & insuper eos, qui hanc sententiam, festum, seu cultum in Disputationem revocare, aut contra ea quomodocunque directè vel indirectè aut sub quovis prætextu etiam definibilitatis ejus examinandæ, sive sacram scripturam aut SSos Patres glossandi vel interpretandi scripto seu voce, loqui seu concionari, tractare, disputare, contra ea quidquam determinando, aut asserendo, vel argumenta contra ea asserendo, & insoluta relinquendo, aut alio quovis excogitabili modo differendo, ausi fuerint, vult concionandi & interpretandi facultate ac voce activâ & passivâ in quibuscunque electionibus eo ipso absque aliâ declaratione privatos.

2. Cum sit de fide, B. V. non minus quam alios homines fuisse verè & propriè à Christo redemptam, & omnem sanctitatem ac prædestinationem hujus Sacratissimæ Virginis fuisse fundatam in meritis Christi, Catholici propugnantes sententiam piâ admittunt in B. V. fuisse debitum contrahendi peccatum originale, in quo debito tamen explicando non conveniunt, quidam agnoscunt debitum remotum sed negant proximum, alii etiam debitum proximum admittunt. Debitum proximum habere dicitur, qui in Adamo tanquam capite morali ex ordinatione divinâ contentus per peccatum Adami amisit jus in suâ conceptione recipiendi gratiam & justitiam originalem, & ita in Adamo peccavit, non quasi in seipso intrinsecè contraxerit aliquam maculam, sed quia propter peccatum Adæ tota universitas hominum ex Adamo propaganda amisit jus ad justitiam originalem, ideo debebat quodlibet individuum ex Adamo descendens suo tempore.

nisi

nisi specialiter ex singulari privilegio præservaretur, in instanti infusionis animæ contrahere maculam peccati originalis. Debitum remotum habere dicitur, qui quidem debuisset includi in generali decreto & ordinatione de amissione justitiæ originalis & transfusione peccati, si primus parens peccaret, tamen de facto non fuit inclusus, sed intuitu meritorum Christi talis persona fuit excepta à lege generali saltem quoad partem odiosam de transfusione peccati, si Adam peccaret.

3. Fundamenta, asserendi quod Beatissima V. in primo instanti suæ animationis per gratiam Christi fuerit sanctificata & ita nobilissimo redemptionis genere ab omni labe peccati originalis præservata, sunt sequentia.

1. Sumitur ex illo Genes. 3. v. 15. *Inimicitias ponam inter te & mulierem, & semen tuum & semen illius: ipsa conteret caput tuum.* Ubi per mulierem intelligunt SS^{ti} PP^{res} Beatam Virginem, per caput serpentis peccatum originale, quod significatur ita contrivisse, ut eo nunquam fuerit infecta.

2. ducitur ex illo Cant. 4. v. 7. *Tota pulchra est amica mea, & macula non est in te;* Hic textus in sensu literali est intelligendus de B. V. quia locus S. Script, in quo fundatur articulus fidei, vel fidei proximus, debet continere literalem illius articuli sensum juxta S. Th. 1. p. Q. 1. a. 10. ad 1. atqui in textu allegato fundatur veritas fidei vel fidei proxima, vid. beatissimam Virginem immunem fuisse ab omni peccato actuali tam mortali quam veniali, cum igitur dicatur simpliciter: nullam maculam in B. V. fuisse, id intelligendum tam de maculâ originali quam actuali: negatur enim omnis macula.

3. tium Fundamentum est ex ratione: absque dubio potuit Christus matrem eximere à contractione maculæ

DE I

culæ peccati ori
voluit, cum id
amor ejusdem er
Catholici conclu
cata in utero, qu
immunis à levissi
S. Th. 1. p. Q. 27.
si peccasset aliqua
blonea mater Dei
ginalis, quod ipsi
pium diaboli, obt

QU

Quomodo pecca

Nota 1. Quo
ginali Adam
ad debitum & suffi
mus homo, in q
liter continebatur
cessitas ac debitum
nale omnibus indiv
nis ex Adamo nasce
efficaciam; quanc
humanæ per actum
corpori sic generat
trahit peccatum o
peccatum Adami in
originale? pro quo

Nota 2. Juxta
fuit justitia original
posteris sub condit
servantiâ perseveran
ralis fuit indita, ita
cum naturâ vi istu
nalis fuisset propa

culæ peccati originalis, si autem potuit, illud etiam voluit, cum id exigat matris dignitas, honor Filii & amor ejusdem erga matrem; ex quo principio omnes Catholici concludunt; quod B.V. ad minus sit sanctificata in utero, quod sit in sanctitate nata, quod fuerit immunis à levissimo etiam peccato; quia (ut inquit S.Th. 3.p. Q.27. a.4.O. *Non fuisset idonea mater Dei, si peccasset aliquando.* Ergo à fortiori non fuisset idonea mater Dei, si incurrisset maculam peccati originalis, quod ipsam constitueret Filiam iræ, mancipium diaboli, obnoxiam æternæ damnationi.

Q U Æ S T I O III.

Quomodo peccatum originale transit in Posteror?

Nota 1. Quod natura humana in peccato originali Adami dupliciter intelligi possit: 1. Quoad debitum & sufficientiam: quamprimum enim primus homo, in quo totum genus humanum moraliter continebatur, peccavit, statim inducta fuit necessitas ac debitum contrahendi actu peccatum originale omnibus individuis, quæ viâ naturalis generationis ex Adamo nascerentur. 2. Actu & in se quoad efficaciam: quodocunque enim individuum naturæ humanæ per actum generationis propagatur, & anima corpori sic generato infunditur, homo conceptus contrahit peccatum originale. Quæstio est quomodo peccatum Adami in homine ita genito causet peccatum originale? pro quo.

Nota 2. Juxta doctrinam Ang. quia Adamo data fuit justitia originalis non solum pro se, sed etiam pro posteris sub conditione, si in innocentia & legis observantia perseveraret, ipsius semini virtus supernaturalis fuit indita, ita ut per naturalem generationem unâ cum naturâ vi istius virtutis in posteror justitia originalis fuisset propagata, quam virtutem instrumenta-

riam

riam supernaturalem Adamus peccando amisit. Ut indicat S. Th. Q. 4. de malo a. 1. ad 9. ubi ita; *Ex peccato primi Parentis destituta est caro eius illâ virtute, ut ex eâ possit decidi semen, per quod originalis iustitia in alios propagetur.* His prænotatis.

DICO. *Per virtutem seminis traducitur humana natura à parente in prolem, & simul cum naturâ natura infectio, S. Th. hic Q. 81. a. 1. ad 2.*

Explicatur: traductio peccati originalis in posteros fit per hoc, quod anima connaturaliter unitur corpori ex corrupto semine descendenti, cuius corruptio formaliter consistit in privatione illius vigoris, quem habuisset ad propagandam iustitiam originalem, si Adam non peccasset.

Probatur Conclusio: Ut anima peccatum originale contrahat vi naturalis generationis, hoc aliter non potest verificari, quam quia limitatur ad corpus, & fit forma corporis generati ex corrupto semine; hoc est: destituito vigore ad propagandam iustitiam originalem: quia anima à Deo creata non potest infici à corpore generato, quasi ipsum corpus in animam agendo suam infectionem communicaret, ergo solum per hoc, quod forma corporis vid. anima ad corpus infectum limitetur; atqui corpus ideo est generatum ex infecto semine; quia per peccatum Adæ semen destituitur illa virtute instrumentariâ unâ cum naturâ propagandi iustitiam originalem, quam habuisset, si Adam non peccasset. Ergo propter privativum defectum seminis traducitur & transfertur in posteros peccatum originale.

Obj. 1. Sententia S. Th. videtur esse: quod semen sit causa instrumentalis peccati originalis; ita enim S. Dr. hic Q. 83. a. 1. O. *Peccatum originale omnium hominum fuit quidem in ipso Adamo, sicut in primâ causâ principali, secundum illud Apost. Rom. 5.*

De quo omnes peccati peccatum originale per virtutem seminis simul cum natura

2. Quod semen originale Analogicè dicitur; quia sicut peccatum originale in statu privativum, ita semen originale obnoxius dicitur semen instrumentale originale.

Obj. 2. Si per peccatum originale cooperando ad maximum nocuitur; quia peccatum originale per hoc, quod in statu iustitiam originalem, illud dicitur à sola voluntate primi parentis nullo cooperantur, sed hanc voluntatem Adami non nisi concomitantur.

Obj. 3. Peccatum originale; ergo per hoc in posteros.

2. Distinguendo originale Con. ut erat manifeste in privatione semine Adami.

Q. 1. An peccatum originale peccati origi-

In quo omnes peccaverunt. In semine autem corporali est peccatum originale sicut in causâ instrumentali, eò quod per virtutem activam seminis traducitur in prolem simul cum naturâ humanâ.

R. Quod semen dicatur instrumentum peccati originalis Analogicè, per Analogiam ad instrumenta creata: quia sicut propter vigorem propagativum justitiæ originalis in statu innocentiae semen fuisset instrumentum positivum, ita ex hoc, quod propter defectum privativum hujus vigoris homo concipitur peccato originali obnoxius & justitiâ originali destitutus, dicitur semen instrumentum privativum peccati originalis.

Obj. 2. Si per propagationem traducatur in filios peccatum originale, parentes in actu conjugali peccabunt cooperando ad filiorum peccata, & concurrente ad maximum nocumentum spirituale prolis, quæ concipitur inquinata peccato originali.

R. Negando conseq. quia traductio peccati originalis fit per hoc, quod semen humanum careat vigore illo, quo in statu innocentiae poterat propagare justitiam originalem, illa verò privativa carentia dependet à solâ voluntate Adami velut capitis, ideoque proximi parentes nullo modo ad eandem concurrunt, aut cooperantur, sed hæc ipsa carentia privativa in solam voluntatem Adami refunditur, & ad actum generationis non nisi concomitanter & per accidens se habet.

Obj. 3. Peccatum Adami jam fuit remissum & extinctum; ergo per generationem non potest traduci in posteros.

R. Distinguendo ant. fuit remissum, ut erat personale Con. ut erat capitale N. sic enim virtualiter remansit in privatione vigoris, qui prius erat in carne & semine Adami.

Q. I. An peccatum Adami sit causa moralis demeritoria peccati originalis? *R.* dent

vident multi affirmativè: quia peccatum capitis merebatur, ut in suis membris & posteris puniretur, & sicut Adam conservans justitiam originalem illius transfusionem in posteros fuisset promeritus saltem de congruo ex fidelitate Dei sub hac conditione præceptum imponentis, ita peccato suo demeritus est, ut omnes posterii justitiâ originali privarentur; aliis tamen videtur respondendum negativè, ut ita salvetur peccatum originale in posteris non habere tantum rationem pœnæ sed etiam culpæ. Quod inconveniens tamen videtur tolli, si dicatur, quod peccatum originale habeat rationem culpæ, in quantum tota natura in suo capite peccavit, habeat vero rationem pœnæ, in quantum propter istam culpam persona infecta maculâ concipitur & nascitur.

Q. 2. Quodnam peccatum Adami sit causa transfusionis in posteros?

R. Inobedientia Adami fuit peccatum originis, non præcisè, quia fuit peccatum inobedientiæ, sed quia fuit primum peccatum; ita, ut si Adam aliud prius peccatum commisisset, per hoc etiam totam naturam vitiâisset: ratio est: ideò peccatum inobedientiæ de facto traducitur in posteros, quia per illud facta est corruptio gratiæ & ablatio justitiæ originalis, in quâ si perseverâisset, justitiam originalem per naturalem generationem propagâisset in posteros; atqui per peccatum quodcunque mortale primus parens amisisset justitiam originalem, & consequenter ejus caro vigorem propagandi justitiam originalem; ergo primum quodcunque peccatum mortale Adami fuisset peccatum originis transfundendum in posteros.

Ex dictis colligitur I. In lapsu primi parentis varias fuisse malitias & deformitates: ut superbiæ, Gulae, inobedientiæ, quæ tamen consummatè unicum constituiebant peccatum inobedientiæ contra præceptum Dei

positi-

positivum non e
mali; & ita Ada
tura, non tam
Adami initium fu
di, & internum
tota autem peccat
tenu inobedienu
libiti.

2. Alia peccata
forte commisit, a
posteros; siquid
personæ,

3. Peccatum E
peccatum Adami,
Adam non peccasse
constitutus caput ge
fuit occasio peccati c
stitionem cibi prohibi

4. Si Adam lib
fuissent geniti in ju
et semine habente vig
nilit; nec per pecca
tem illa justitiâ origin
spectu illorum tantu
tis, qui continebant
recreationem naturalem

5. Quamvis pecc
tente manifestet in solâ
fisset ad opus externu
mi, tamen eodem
posteros, sicut mox
externum habet suam
quem Adam suam
differ.

6. Denum, si Ad
1. 2. Theoi, Schol.

positivum non comedendi de ligno scientiæ boni & mali; & ita Adam prius peccavit peccato superbiæ naturâ, non tamen tempore, nam ipsum peccatum Adami initium sumpsit ab inordinato appetitu excellendi, & internum peccatum superbiæ fuit motivum, tota autem peccati malitia consummata fuit in actu externo inobedienciæ per comestionem fructûs prohibiti.

2. Alia peccata Adami, quæ post primum lapsum fortè commisit, aut commisisset, non transferunt in posteros: siquidem non fuerunt peccata capitis sed personæ.

3. Peccatum Evæ, quantumcunque præcessisset peccatum Adami, non nocuisset generi humano, si Adam non peccasset: quia non Eva sed Adam fuit constitutus caput generis humani, ideoque Eva solum fuit occasio peccati originalis suadendo Adamo comestionem cibi prohibiti.

4. Si Adam liberos ante lapsum genuisset, illi fuissent geniti in justitiâ originali, utpote generati ex semine habente vigorem productivum justitiæ originalis; nec per peccatum Adami subsequens nativitatem illâ justitiâ originali fuissent privati: quia Adam respectu illorum tantum habuit rationem moralis capitis, qui continebantur in lumbis Adami, & per generationem naturalem ex illo erant gignendi.

5. Quamvis peccatum inobedienciæ in primo parente mansisset in solâ internâ voluntate, nec processisset ad opus externum prohibitam comestionem pomi, tamen eodem modo fuisset propagandum in posteros, sicut modo est propagatum: quia opus externum habet suam malitiam ab actu interno, per quem Adam suam innocentiam originalem perdidisset.

6. Demum, si Adamo non peccante Cain peccâisset,

Filii ex Cain gignendi non contraxissent peccatum originale: quia Cain non erat à Deo constitutus morale caput suæ posteritatis; Item si aliquis homo ex humana carne Adami fuisset formatus, sicut Eva è costa Adami est producta, non contraxisset peccatum originale: quia non processisset ex Adamo per naturalem generationem.

QUÆSTIO IV.

An peccatum veniale possit in aliquo esse cum solo originali?

Suppono: Quod homo in primo instanti usûs rationis tenetur se convertere in Deum ut ultimum finem eò modo, quo potest, hoc est: explicitè; si Deus ipsi repræsentetur explicitè, implicitè verò; si Deus solum confusè repræsentetur; quia quamprimum homini lex naturalis sufficienter promulgatur, tenetur eandem acceptare sub peccato mortali; sed quamprimum homo pervenit ad usum rationis, lex naturalis de conversione in debitum finem illi sufficienter promulgatur; per primum enim instans rationis non intelligitur aliquod instans indivisibile temporis, sed instans morale sive totum illud temporis spatium, quo tardiùs vel citiùs juxta diversitatem ingeniorum practicus discursus absolvitur, & homo deliberat, seque determinat: an bonum honestum, vel bonum sensibile præ honesto sit amplectendum.

DICO. *Impossibile est, quod peccatum veniale sit in aliquo cum originali peccato absque mortali, S. Th. hic Q. 89. 2. 6. O.*

Probatur: homo in primo instanti usûs rationis aut convertitur in Deum, & tunc per gratiam consequitur remissionem peccati originalis; quia Deus facienti, quod est in se, non denegat suam gratiam; aut non convertitur in Deum, nec seipsum ordinat

ad

de debito sine
 quæ discretio
 modo naturale
 sua finem. Et
 si cum solo ori
 Confirmatur
 peccare venialiter
 que supponitur
 peccandi; non in
 justificatur, v
 inanis; quia tu
 aliud peccato n
 tum peccato origi
 Obj. 1. Antequ
 emali objecti &
 rationis, potest h
 officio ad peccatum
 Negando aff
 perfectus, primu
 aliud, quam prim
 discerneret bonu
 discernere potest int
 libertate, grave
 elicitabile honesto;
 proponat honesto,
 Obj. 2. Homo a
 quando sufficiente
 venialiter, non tamen
 tale: ergo idem dic
 ad conversionis
 Negando conti
 nua selecta perf
 fectè discendi hic
 actum non libere
 rationis primu acci

ad debitum finem, secundum quod in illa ætate est capax discretionis, & tunc peccat mortaliter transgrediendo naturale præceptum seipsum ordinandi in debitum finem. Ergo peccatum veniale nunquam consistit cum solo originali.

Confirmatur: homo cum solo originali non potest peccare venialiter ante primum instans rationis: quia tunc supponitur adhuc destitutus facultate moraliter operandi; non in ipso instanti usus rationis: quia tunc vel justificatur, vel peccat mortaliter; non post instans rationis: quia tunc supponitur vel justificatus vel actuali peccato mortali inquinatus, quod non nisi cum peccato originali remitti potest.

Obj. 1. Antequam puer habeat iudicium perfectum de malitiâ objecti & perveniat ad statum perfectæ deliberationis, potest habere iudicium imperfectum, quod sufficit ad peccatum veniale.

R. Negando ass. quia primus discursus practicus est perfectus, primum autem instans rationis nihil est aliud, quam primus discursus practicus, quo puer discernit inter bonum & malum, quando autem puer discernere potest inter bonum & malum, potest etiam advertere, grave malum esse, præponere bonum delectabile honesto; quo non obstante si delectabile præponat honesto, peccat mortaliter.

Obj. 2. Homo adultus excitatus ex somno habet aliquando sufficientem usum rationis ad peccandum venialiter, non tamen sufficientem ad peccatum mortale; ergo idem dicendum est de puero perveniente ad usum rationis.

R. Negando conseq. quia quando fit peccatum veniale ex defectu perfectæ deliberationis, facultas perfectè deliberandi hic & nunc turbatur & impeditur, ut actu non deliberet, puer autem in primo instanti usus rationis primum accipit expeditam potentiam ad perfe-

etè deliberandum, quæ proinde ligata & impedita esse non potest.

Obj. 3. Quamvis in primo instanti usûs rationis sit obligatio sese convertendi in Deum, attamen per talem conversionem homo non justificatur & consequenter peccatum originale non deletur; quia ad justificationem extrâ Sacramentum requiritur amor Dei supernaturalis perfectus præsupponens fidem & cognitionem Dei ut Authoris supernaturalis.

R. Si homo in primo instanti usûs rationis obsequatur legi naturali & sese convertat in Deum ut ultimum finem naturalem, dabitur ulterior gratia & illustratio fidei, cum enim homo de facto sit in statu naturæ elevatae ad finem supernaturalem, est obligatus sese convertere in Deum non solum ut finem naturalem, sed etiam ut finem & Authorem supernaturalem, quæ conversio fieri potest dupliciter; vel explicitè vel implicitè juxtâ modum, quo Deus sub ratione ultimi finis magis vel minus perfectè repræsentatur; si præviâ fidei illuminatione & instructione Deus à puero cognoscatur esse remunerator supernaturalis, tenebitur puer in primo instanti se convertere ad Deum, ut ultimum finem supernaturalem explicitè per actum dilectionis Dei super omnia, qui justificat, si sit perfectus si autem ratio finis ultimi solum confuse repræsentetur, itâ ut puer articulos fidei, qui sunt de necessitate mediæ debite non cognoscatur, habeat saltem supernaturalem illustrationem, quod detur regula quædam mundo & naturâ superior directiva nostrarum operationum, cujus ductum sequi oporteat, cui regulæ si puer sese conformat, dispositus erit, ut ipsi Deus articulos fidei ad salutem & justificationem necessarios revelet & ad perfectum sui amorem ducat.

Dices; ex his sequitur: non dari ullum infidelem, negativè; hoc est; qui quidem habeat carentiam fidei,

De
dei, sed absque
ad usum rationis
alem fidei vel c
Negando
in infidelis p
illustrationi disti
ndendum, no
ut finis supernatu
non ad bona terre
naturalis confuse
coram præceptur
ndum, sed co
non convertat
venire potest.
Q. 1. An hor
fuit via potuerit
Negativè:
in quolibet peccat
subordinationis int
enim est peccatum
turbatio aliqua d
subordinatione idè
convenit deliberat
is, vel est peccat
dione objecti aut
inferior, quæ ope
non subordination
fuit immobiliter a
nabatur in media
tate ad hærentem fini
acum statu innoc
ter vires superiore
flectitur in innoc
te fidei & integri
Deo, ratio vero

dei, sed absque sua culpa: quia omnes pervenientes ad usum rationis vel habent illustrationem supernaturalem fidei vel carent illâ ex sua culpa?

R. Negando consequentiam: quia ille solum dicitur infidelis privativè aut culpabiliter, qui resistit illustrationi distinctè repræsentanti articulos fidei ad credendum, non autem ille, cui confusè repræsentatur finis supernaturalis. Hujus voluntas si nimium inclinata ad bona terrena omittat sese conformare fini supernaturali confusè repræsentato, peccat mortaliter non contrà præceptum fidei, eò quod obligetur ad credendum, sed contrà præceptum charitatis, eò quod se non convertat in Deum, quemadmodum se convertere potest.

Q. I. An homo in statu innocentia vel Angelus in statu viæ potuerit peccare venialiter?

R. Negativè: quod primò de homine probatur: in quolibet peccato veniali supponitur defectus debita subordinacionis inter vires superiores & inferiores, vel enim est peccatum veniale ex subreptione, & tunc est turbatio aliqua debiti ordinis: quia peccatum ex subreptione idèò contingit, quia appetitus inferior antevertit deliberationem & perturbat iudicium rationis, vel est peccatum veniale ex genere suo aut ex conditione objecti aut ex parvitate materiae, & tunc ratio inferior, quæ operatur circa media, non servat debitam subordinacionem ad rationem superiorem ultimo fini immobiliter adhærentem, si enim ratio inferior tenderet in media ut regulata à ratione superiore firmiter adhærente fini ultimo, non esset peccatum veniale; atqui in statu innocentia fuit perfecta subordinatio inter vires superiores & inferiores: in hoc quippe consistebat status innocentia, quod, cum esset status naturæ felicis & integræ, ratio superior esset subordinata Deo, ratio verò inferior subordinata superiori, ex

quâ deinde subordinatione reliquarum etiam virium subjectio & debita subordinatio promanabat.

Secundò de Angelo probatur; quia præterquam, quod fuerit perfectio major Angeli viatoris, quam hominis in statu innocentiae; Angelus non potuit errare circa media, quin erraret circa finem; sicut enim intellectus Angelicus attingit conclusiones in principiis, sic voluntas Angeli non fertur in media, nisi prout stant sub ordine ultimi finis; atqui deordinatio circa ultimum finem in Angelo fuisset peccatum mortale; ergo Angelus viator non potuit peccare nisi mortaliter.

Obj. 1. Peccatum mortale est longè majus malum quam peccatum veniale; ergo si iustitia originalis non præservabat hominem à miseriâ illâ longè majori, etiam non præservavit vel præservasset à miseriâ minori peccati venialis?

R. Negando consequentiam, quia cum status innocentiae non fuerit inamissibilis, potuit in illo committi peccatum tantæ inordinationis, ut per ipsum status innocentiae perderetur; hoc tamen non obstante status innocentiae non poterat in sensu composito cum aliquâ miseriâ & deordinatione virium superiorum & inferiorum stare ideoque excludebat peccatum veniale, quod erat insufficiens ad destruendum statum innocentiae, & tamen supponebat deordinationem virium superiorum & inferiorum statui innocentiae repugnantem.

Obj. 2. Plus potest hominem conjungere cum Deo gratia naturæ reparatæ per Christum, quam gratia iustitiæ originalis; atqui cum gratiâ naturæ reparatæ potest consistere peccatum veniale; ergo etiam cum iustitiâ originali.

R. Negando consequentiam, propter falsitatem suppositæ rationis, quæ in antecedente ponitur; quia impotentia peccandi venialiter in statu innocen-

tia

non oriebat
 punctione cum D
 chone virium su
 re omnis miseria
 Obj. 3. Potui
 rem poni sub pe
 rum vitium pec
 peccare venialiter
 Distinguen
 Admo comeltior
 bene post amissam
 bene ante N. non
 do ad finem, priu
 licem, & conseq
 priusquam peccasse
 Q. 1. Quod nat
 originali?
 R. Peccatum o
 essentialem proximè
 diffusivè tamen lect
 recipitur proximè
 vulnerans
 1ma Pars proba
 mediatè peccatum e
 quo est effectus for
 cius formalis pecca
 dæ in anima: c
 onditur in privatio
 nequam habitualis
 ita immediatè reci
 opposita, per qua
 ta sanctificans; et
 nalis in anima reci
 2da Pars proba
 tates supernaturalis

tiæ non oriebatur præcisè ex rationis superioris conjunctione cum Deo, sed ex dono integritatis & subjectione virium superiorum & inferiorum, & exclusione omnis miseriæ &c.

Obj 3. Potuit Deus prohibere Adamo comestionem pomi sub peccato veniali, tunc comedendo pomum vetitum peccâset venialiter; ergo Adam potuit peccare venialiter.

R. Distinguendo maj. potuit Deus prohibere Adamo comestionem pomi sub peccato veniali, quod fieret post amissam justitiam originalem Con. quod fieret ante N. non enim potuit Adam errare circa media ad finem, priusquam errasset circa ipsum ultimum finem, & consequenter non potuit peccare venialiter priusquam peccâset mortaliter.

Q. 2. Quodnam sit subjectum proximum peccati originalis?

R. Peccatum originale secundum suam malitiam essentialem proxime & immediatè recipitur in animâ, diffusivè tamen secundum suas proprietates & effectus recipitur proximè in voluntate cæterisque potentiis vulneratis.

1ma Pars probatur : in subjecto illo recipitur immediatè peccatum originale quoad suam entitatem, in quo est effectus formalis peccati originalis, sed effectus formalis peccati originalis est proximè & immediatè in anima : cum peccatum originale formaliter consistat in privatione justitiæ sive gratiæ sanctificantis tanquam habitualis subjectionis animæ ad Deum; sed ista immediatè recipitur in anima, sicut etiam forma opposita, per quam privatio expellitur: nempe gratia sanctificans; ergo formalis effectus peccati originalis in animâ recipitur.

2da Pars probatur : sicut justitia originalis per virtutes supernaturales tanquam suas proprietates rectifi-

cabat potentias animæ, easque Deo subordinabat, & quidem proximè ipsam voluntatem mediante habitu charitatis, quo convertebatur in Deum tanquam ultimum finem, appetitum verò sensitivum per specialem ex se diffusum vigorem subiciebat rationi, ità ex opposito peccatum originale privat ipsam animam primariò habituali subiectione & subordinatione ad Deum, secundariò alias potentias & maximè voluntatem habitu charitatis, ipsum verò appetitum sensitivum illo vigore, quo subiciebatur rationi; ergo sicut iustitia originalis primariò & principaliter est in substantia animæ, secundariò & diffusivè per suas proprietates in potentiis animæ recipiebatur, ità pariter peccatum originale primariò in animâ, & secundariò in voluntate cæterisque potentiis, quas vulneravit, recipitur.

Obj. In causis immanenter operantibus idem est subjectum termini & operationis; ideò enim verbum mentis terminus intellectus in intellectu, impulsus voluntatis terminus volitionis in voluntate recipitur; atqui malitia actualis peccati primariò in voluntate recipitur & peccatum originale est terminus peccati actualis. Ergo.

R. Distinguendo maj. in causis immanenter operantibus idem est subjectum termini & operationis, si sint positivè, effectivè & directivè operantes. Con. & illud probant argumenta adducta. Si sint causæ privativè, defectivè & indirectè operantes N. peccatum autem actuale defectivè, privativè & indirectè causat privationem gratiæ sanctificantis, quæ est terminativè voluntaria, in quantum voluntaria aversio ab incommutabili bono ratione directæ oppositionis cum efficaci conversione ad illud habet indirectam sed tamen metaphysicam repugnantiam & impossibilitatem cum gratiâ sanctificante.

Um omne pecc
per illud effert
conferre quæ
sibi contrar
peccatis pænæ,

QU

An reatus

Qua; reatum di
pænæ; reatur
commissum
pænæ, quæ
reatus tenetur
ut ab ejus re
hoc sensu re
cui subfun
in primo instanti
digni inimi
aliquis est reus
concurrunt:
pænæ & proportio
commissæ subeundam
reum, hoc ipso di
opus malum sine dem
supplicio & reus pænæ
seu exiusticia ordinati
dam, quam tacitis,
reales tenent & ex
passiva obligatio, si
activa ordinatione pr
nominatur obligatus